



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

An nudu[m] verbum constituat sensum Ecclesiæ. tit. 187

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

Balat.5. Sectæ regnum Dei non possidebunt. & lib.1.  
contra Donatistas cap 12. Quicquid boni attulit sa-  
cramenti sanctitas , illicè codem puncto tollit labes  
schismatis, & redire facit peccata, sicut patet de seruo  
nequam Mat.18. & in Epist. 165. Si angelus de celo ve-  
tret & diceret, suscipe patres Donati, &c. & lib.1. cō-  
tra Donatistas, cap.8. Quid prodest habere membra  
lina, si cor est vulneratum? Hæc est ratio & causa pug-  
ni inter Ecclesiam catholicam & sectariam.

Quæ est causa, quod iste articulus fidei, Credo vna  
vtholicā Christianam Ecclesiam, non curatur & pen-  
satur? Respondeo, hoc sit instinctu satanæ. ille per-  
mituit ut credas omnes reliquos articulos fidei, acci-  
pere omnia sacramenta, cæremonias, &cæ. non mul-  
tim impugnat, sed solùm hunc articulum eripit ex  
corde, ne curetur, nam scit, quod extra unitatem Ec-  
clesie non prosunt utiliter omnia illa. Ideo suggerit  
homini, ut contemnatur hic articulus, &c.

*AN NUDVM VERBVM DEI*  
*constituat sensum Ecclesiæ,*

**P**RIMÒ, ex quo omnes vntuntur verbo  
Dei, sacramentis, cæremonijs, tam qui  
sunt Ecclesia catholica, quā qui extra:  
Quæ causa, quod non vbiq[ue] sitvera Ec-  
clesia, verus cultus, vtilis v[er]sus sacramē-  
tum & cæremoniarū? Respondeo Prima causa, est  
prava expositio & allegatio scripture, vt Mat.26. Hoc  
corpus meum: quam Ecclesia catholica intelligit  
realiter, sectæ figuraliter in signo, &c. Ergò non solū  
verbum, si deest catholica inter pretatio, constituit  
sensum Ecclesiæ. Separant ergo se sectarij ab Eccle-  
sia singulari scripture intellectu, præferunt enim  
proprium suum sensum toti Ecclesiæ.  
Secundò non habent unitatem, nec cum Ecclesia  
vaiuer-

vniuersali, nec inter seipsoſ. Sed quisque facit  
vult, ſine omni obedientia & dilectione, ex mo-  
contemptu ſibi fingit glossam scripturae, fingit  
remonias & singulares opiniones circa sacramen-  
tum, ſicut patet de Anabaptiſtis, sacramentarijs, iulfita-  
rijs, &c. At docet Apoſtolus clarè 1. Corint. 13. quod  
neque fides, ſcientia, bona opera proſunt fine har-  
tate, &c. & Christus iubet reconciliari fratri, Matth. 5.  
Sed cùm illi perguant, ſemel & iterum admouit in  
ſuo proposito & obſtinatione, ideò non ſunt de Ec-  
clesiæ catholicae membris, & ideò eos vitamus ad  
præceptum Apoſtoli. Tit. 3. Hæreticū hominem dec-

Secundò, hoc eſt signanter notandum, quod o-  
mnes hæritici in hoc tantum laborat, vt habeant ali-  
quam ſuperioritatem, ſicut Lucifer in celo, Eſai.  
14. Ob id primùm detrahendo exosam faciunt lupe-  
rioritatem vulgo. Sic Papa illis eſt Antichriftus, Ca-  
ſar canis ſitiens ſanguinem. Subindè locant ſeipſos  
in locum superioritatis, & ipſi volunt eſſe Papa, Ca-  
ſar, Ecclesia, interpretari ſcripturam, administraſſe  
ſacramenta, & earemonias agere ſicuti ſibi ſomni-  
ant. Nam ſi audirent ſuperioritatē, hec omnia non  
auderent facere, ſed inquit Apoſtolus Romanor. 13.  
Qui riefiſtit potestati, &c. Ideò omnes & plures ſeffi-  
ab initio Ecclesiæ defecerūt, & quoniam in tali odio  
& contumaci animo auditores illos magiſtroſ ſe-  
quuntur, non ſunt de Ecclesia catholica.

Tertiò inquiunt: Inter nos & in noſtra parte  
Euangelium purum, vera Ecclesia, verus viſus ſacra-  
mentorum, &c. et. Reſpondeo, hoc omnes hæritici  
ab initio præſumpſerunt, & nullus vñquam hæriti-  
corum voluit errāſſe? & ſic nullus fuit hæreticus. &  
ſic nullus eſſet vitandus, contra Paulū, Tit. 3; & Chri-  
ſtus Matth. 7. fruſtra iuſſiſſet attendere a falliſ ſu-  
perhiſ. Secundò, nō eſt in cuiusque propria facultate  
definire & dicere ſe verum doctorem Euangeliſtū.

TITVLVS CLXXXVIII. 445

ecum sibi adhærentibus esse Ecclesiam &c. Sed hoc  
et opus totius Ecclesiæ, illa mandatum habet ut  
probet spiritus, 1. Ioan. 4. vt denunciet ouibus pijs  
morbidas oues. Audire debemus Ecclesiam Matt. 18.  
Augustinus super Ioannem capit. 8. Omnis hære-  
ticus prædicat Christum, ut Arius, Sabellius, Nesto-  
nus, Donatus, &c. sed qualem sibi singit &c. non ut  
veritas habet, Ideo non sufficit prædicare, sacramen-  
ta administrare, &c. Exigitur quoquè unitas catho-  
lica, & superiorum obedientia.

SECTAE NEGANT SE IN  
odio aut extra unitatem Ecclesiæ esse.

TITVLVS CLXXXIX.

**D**icitur Rimò, hoc ab initio fuit excusatio se-  
ctariorum, quod omnia quæ faciunt,  
amore iustitiae & veritatis faciunt. No-  
nunt recessisse ab unitate ecclesiæ, sed ab  
abusibus & peccatis Papistarum. Nul-  
lum habent odium ad aliquem, sed ipsi sunt Eccle-  
siæ, & qui cum illis sétiunt. Augustinus super Episto-  
lam Ioan. Si non habetis odium, ergo estis veri Chri-  
stiani, sed quid faciunt in una ciuitate diuersæ Eccle-  
siæ, diuersa altaria, diuersæ cōciones? vnde veniunt  
tantæ detractiones & persecutio[n]es, nō vos excusare  
odio potestis, quandò nec oculis fauetis orthodo-  
xos, sed signo Cain signati estis, Genes. 4. & in via il-  
louis inceditis. Tales in errore Balaā mercede effusi  
sunt, & in contradictione Chore periérunt, Num.  
11. & 16. vt ait Iudas Thaddæus in sua canonica.

Secundò inquit Augustinus Epistola 50, Si reces-  
sis ab unitate Ecclesiæ propter abusus & vitia:  
quato, num & vos ipsos reputatis pro peccatori-  
bus: si non, tunc arguit vos Apostolus Ioannes 1. Io-  
ann. 1. Si dixerimus quia peccatum nō habemus, &c.  
Si autem fatemini vos quoq; peccatores, vt estis, nam

F F oratis